



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 14. Communio sub utraque specie Bohemis permissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

tam reperimus. Intererant ipse Sigis-
mundus Imperator unacum Alberto Au-
striæ Duce ejus genero, necnon iidem
Concilii Basileensis Deputati, Philibertus
Constantiæ in Normannia Episcopus, &
Joannes Polemar, aliique eorum socii:
Bohemi jam antea illos quadraginta
quinque sectæ suæ articulos ad quatuor
duntaxat restrinxerant: Nunc vero tri-
bus adhuc neglectis, uni soli de commu-
nionem sub utraque specie acriter instite-
runt.

§. XIV.

*Communio sub utraque specie Bohe-
mis permessa.*

Verum circa hunc quoque articulum
concordia restituta est sequenti de-
creto: *Bohemis ac Moravis Ecclesiasticam* Patrit. acta
tom. Conc.
unitatem, pacemque complectentibus, sequen- p. 1541.
in ceteris omnibus præterquam in usu
communione utriusque speciei, universa-
lis Ecclesiæ fidei ac ritibus conformantibus
sub duplici specie panis scilicet ac vini his, qui
consuevissent, divinæ Eucharistiæ communi-
care licebit, donec generale Concilium con-
gregatum diffiniet, & quod utilitati fidelium,
salutique congruat, lege in perpetuum valitu-
ra constituet. Quo facto, si perseveraverint
Bohemi in ejusmodi communionis desiderio,
idque missa legatione petierint, sacer conven-
tus Bohemice ac Moravice sacerdotibus com-
muni-

Sæcul. XV.
A. C. 1436.

communicandi sub utraque specie personas *sub*
subjectas & in annis discretionis constitutas
Et quæ id reverenter postulaverint, libertatem
impartietur: ea conditione adjecta, ut
inter communicandum plebem publice in-
struant, non sub specie panis carnem Christi
tantum, nec sub specie vini solum sanguinem,
sed sub qualibet specie totum & integrum con-
tineri Christum, id est, ejus animam, di-
vinitatem, humanitatem, carnem & san-
guinem æque sub una, ac sub altera spe-
cie contineri. Porro hanc Bohemorum
concordiam Ecclesia potissimum Philibe-
to de Moniay Episcopo Constantiensi, &
Joanni Polemaro Protonotario in acceptis
referre debet. Nec Rochisana toto suo
fraudum nexu ac cavillationum apparatu
hanc pacem quoquo modo labefactare
poterat, licet nodum in scirpo querere
conatus fuerit, eo duntaxat fine, ut tam
apud orthodoxos, quam vel maxime apud
suos magnum sibi nomen pareret.

§. XV.

Unio Bohemorum ab Imperatore con-
firmata.

Cum Imperator & Albertus Austriae
Dux ejus Gener in Bohemiam redirent,
plurimam juxta ac clarissimam Bohemorum
Nobilium copiam Ratisbonæ sibi obviam
habuere, quos Imperator libere